



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXII. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster der Minoriten in Prenzlau seine Grundstücke, i. J. 1324.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

quousque nostris predictis Consulibus predictae civitatis satisfaciet cum effectu et volumus nos nostri heredes et successores cum omnibus nostrum favorem habere volentibus circa prefatam nostram civitatem manere et eam in Singulis prescriptis articulis et in quolibet illorum divisim, tanquam iniuriam proprie persone nostre factam vindicare et etiam dictam communitatem in omni sua iustitia observare, prout omnes articuli supra scripti et quilibet illorum seorsim a nobis, nostris heredibus et successoribus, nec non ab omnibus favorem nostrum habere desiderantibus integre compleantur et inviolabiliter observentur. Ideo Sigillum nostrum cum Sigillo Gunteri et Ulrici, nobilium Comitum de Lindow, favorabiliter presentibus sunt appensa, pro quibus patri nostro, nec non nobis, cum prompta summa pecunie videlicet cum XXI marcis argenti Brandenburgensis ponderis et aliis Servitiis specialibus integre satisfecerunt. Datum Spandow, Anno domini M^o. CCC^o. XXIV^o., presentibus nobilibus Guntero et Ulrico, Comitibus de Lindow, Alberto de Klepetz, Heinricho de Stegelitze, Hermanno de Redern et Hermanno de Wolcove, militibus, nec non multis aliis nostris fidelibus.

Nach dem Copialbuche der Brest. Bibl. J. F. 34, Blatt 58-62. Buchholz V. 44.

LXII. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster der Minoriten in Prenslau seine Grundstücke, i. J. 1324.

Lodewicus, dei gracia brandeburgensis et lusacie marchio, palatinus reni, Dux Bauarie, sacri imperii archicamerarius, fratribus minorum prenslauie consistentibus gratiam suam et omne bonum. Omnia privilegia et sancita tam ea, que ad vestri monasterij aream, que se extendit a monasterij plathea usque ad ciuitatis murum inclusiue per vos, vestris expensis erectum, quam etiam ad fossatum pro cameris priuatis ibidem vestro pro vsu libere quocunque vel qualitercunque construendis et ortum usque ad paludem secundum longitudinem claustralis aree, vobis ab olyn pie indulta, concessa et donata a nostris antecessoribus Marchionibus Brandenburgensibus, Renouamus, immouamus et innouata nunciamus per presentes eadem libertate et iure dotantes, quo a dictis nostris antecessoribus fratres antedicti virtute priuilegiorum ipsis concessorum dotati existunt ab olyn ut presertim eciam vobis nunc plene concedentes iuxta formam litterarum eorundem, quas vobis omni ex parte et irrefragabiliter in salutis nostre salubre augmentum seruare volumus illesas, addicientes nihilominus, ut semitam quandam cum propugnaculo racione periculorum et gwerrarum crebrescencium et ingruencium ob nostre ciuitatis tuicionem ampliorem ciuibus indulgeatis, residuum vero spacij vestro cedat vsui secundum gracias superius concessas. Verum ne videamur antecessorum nostrorum priuilegia infregisse murum per vos erectum ciuitas vltterius edificeet vobis in recompensam. Datum prenslauie, Anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., nostro sub appendente sigillo.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.